

Sicut splendor Firmamenti qui erodunt multos: & pro Monachis innumerabilis numerus designatur stellarum; quia ex femine virtutum Rudefindi, propagata religione, tanquam sidera insigni domo non construunt merè domum; sed rutulum, coruscans novum celum. O Rudefindi! Tu solus unus & omnia, ut per te tot, tantaque effulgent astra.

Sil. Ital. Te duce, Superis quarunt libamina belli.

DIDASCALIA VI.

In Conceptione Virgo Maria sola tota pulchra.

Tota pulchra est Maria. Magnum, quod pulchra; maius, quod tota: verum maior excellentia, quod tota pulchra, ac totali pulchritudine sola.

Auxon. Mites habens per acerba profectus, Carpura dulcem fructum radice amaræ. Quandoquidem gratia vel in primo instanti continens venustatem, radice naturæ infectæ expulit amaritudinem; ut ubi ex primo delicto, serpente inducitrice, abundavit transgressions culpa, ibi superabundaret & gratia. Morsus aspidis immedicabilis (inquit Textor in Offic. lib. 7. cap. 40. & Erasmi Chiliad. 1. Centur. 3. Adag. 85.) nec ab ullo vincitur, præterquam à muliere, qua vel aspectu contactuque solo necat. Hoc intuitu Silvester à Petr. Sanct. de Symbol. heroic. lib. 9. cap. 2. depinxit aspidem accedentem balsamo hęcine epigraphæ: Venio postura venenum. Nil mirum (dum uti serpens originaria lues serpsit, ac in omnes intermedium pertransit) quod Virgine concepta aspis virulentiam deponeret: siquidem Virgo sicut balsamum aromatizans odorem dedit. Venit natura humana quæ à radice sepebat veneno imbuta: deposuitque venenum, quia invenit balsamum: quandoquidem illic ut in natura exstitit Virgo, aspidem culpæ interemit aspectu.

Textor. A quo mors, sui aspidi multabitur. Petr. Sanct. Cur Virgo dicitur balsamum?

Eccle 24. 20. Cur Virgo dicitur balsamum?

Quid sit ista ritia & peccatum originale?

2 Peccatum originale nihil aliud est nisi privatio originalis iustitiæ, spolians hominem à gratia, quæ illum cum Deo amicitia copulabat. Vide Soto lib. 1. de Natur. & grat. cap. 8. & 9. Unde cum iustitia originalis esset donum supernaturale, quod mentem hominis perfectè & plenè Deo per gratiam subieciat, cuius munere omnes facultates rationi, & corpus animæ parabant; ita peccatum originis est privatio iu-

stitiæ originalis, non prout rectum ordinem in corpore & sensibus conservabat, sed prout mentem & animam cum Deo amicitia secedere, & vinculo coniungebat. Peccatum enim in corpore & sensibus minime infidetur; sed in anima, in qua gratia iustitiæ originalis: quare iustitiæ privatio in illa habet rationem peccati, in corpore verò habet rationem pœnæ. Consule DD. Scholasti. cum Magist. 2. dist. 30. Modò expositio textus Tautologici pro Virginis prerogativa ac singulari prorsus immunitate. Dominus tuus ipse est ductor tuus: & non dimittet, ne que derelinquet te. Te signat, quia Virgo sola: equidem si ex amicitia Dei omnimoda pulchritudo, ac in Dei amicitia facta Virginis conceptio; singularis Virginis prerogativa, quod in primo conceptionis instanti esset pulchra, & pulchra sola. Dimittit Deus animam peccato originali: derelinquit actuali lethifera lue: dicitque Virgineam nec dimissam, nec derelictam, ut signet semper comitantem gratiam: igitur cum illa futura singularis (ut benedicta inter omnes mulieres) speciali Dei protectione, & ex gratiæ magnitudine; ex quo Virgo in natura humana fuit, in amicitia semper Conditoris Dei. Facturus Conditor in illa miraculum nunquam in natura visum, ut superet orbis: fecit illi magna qui potens est: & à potente proponuntur magna, dum concipitur Maria; quippe cum nemo non à Domino in conceptione dimissus ex naturæ conditione; illa sola, tota pulchra, nec dimissa in primo instanti.

Deuter. 31. 6. Maria nec dimissa, nec derelicta.

3 Ego destituta & sola: dicebat Ierusalem. Mirum, quod esset sola, si destituta, cum omnes iacerent mancipati sub universali lege. Ita natura gemit in ergastulo, quam conditionem participat Virgo, sine naturæ conditione, ratione gratiæ. Virgo merito plauditur, unde illa summergitur; igitur si proprium humani generis; quod solum iaceat destitutione iustitiæ originalis; Virginis singularis vel ex primo instanti prerogativa, quod esset sola, sed minime destituta. Iure inquiritur: Que est ista, que ascendit de deserto: equidem mirum, quod illi sit ascensus, ubi cæterorum lapsus (de quo egimus Tom. 2. Tautolog. 5. D. 9. num. 21.) sed magis mirum, quod ista ascenderet per desertum: etenim si desertus locus dicitur, ubi nemo videtur; magnum sanè quod purissima surgat, sed magis mirum, quod sola inter cadentes ascendat.

4 Claret causa in Filij testimonio. Ecce venit hora (dixit discipulis) ut me solum relinquantis: & solus non sum. Quomodo

Ioann. 16. 32.

Ioann. 16. 32.

Ioann. 16. 32.

Ioann. 16. 32.

Ioann. 16. 32.

Ioann. 16. 32.

Ioann. 16. 32.

Ioann. 16. 32.

Ioann. 16. 32.

solus & non solus? Si solus non potest esse, quo pacto relinquitur? Si non relinquitur solus, de quo queritur? Amplior plautus: ex eo quod esset solus & non solus, quanvis ab illis relictus. Verbum erat apud Deum: & non reliquit me Pater. Qui me misit mecum est, & non reliquit me solum. Specialem gratiam Christus exprimerè intendit, dum se solum & non solum dicit: equidem cum esset Patris unicus unicus filius; solus erat ille, qui nequibar esse solus. Quod filio per naturam, contigit Matri per gratiam. Derelinquitur quilibet à Deo, manetque solus ex ipso conceptionis momento, quia de originali participat peccato; igitur per illud illa amicitia dirempta, qua conditio gauderet originali iustitiæ: & solum Virginem Deus non dereliquit solum; ut vel in primo instanti datam exprimeret gratiam, qua non sensit iustitiæ privationem, sed prerogativam singularem: igitur illa sola, quæ non sola à Domino derelicta. Succinit Geometra, Hymn. 3.

Cap. 8. 16. 29.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

Sola non sola.

niam si ex radice qui in conceptione marcescit, sine radice laudatur, quæ ex ipsa radice floret. Ex trunco Adami quilibet uti virga egreditur, dum concipitur; per ipsum languorem denotando radicem: Virgoque dum egreditur flos, de radice, sed sine radice est; quippe ubi in alijs natura imbuta veneno languit, in Virgine sola, etiam in egressu floruit. Flos indicat pulchritudinis venustatem, languor infectam radicem, ex qua in mundo nunquam visum neque pulchrum, neque floridum: & dum ex radice Virgo pulcherrima floret; quia floret, dicitur sine radice; igitur ex primo conceptionis instanti florente gratia, ex radice sine flore, flore novo sola pulchra.

6 Nunquid ingressus es thesaurus nivis? Ita Dominus Iobbo. Quinam ergo nivis thesaurus, vel cur thesauri vox, ubi nix? Nix est candoris insigne. Thesaurus, divitiarum quid ignotum. Unde Virgil. 1. Aneid. v. 362.

Virg. Thesaurus, ignotum argenti pondus & auri. Hoc etiam sensu apud Iurilconsultos. Consule Paul. de Castro de Acquirendor. domi. leg. Nunquam. Quare igitur si nix nota, in illa thesauri signa; cuius est discrimen fugere oculorum cognitionem? Huiusmodi nix thesaurus est Desiparis: inquit Gregorius Thaumaturg. Sermon. 2. de Annunt. Sit ergo Gr. Thaum.

Virgo-Mater instar nivis, quoniam tota thesaurus candoris, atque gaza puritatis. Virgo Thesaurus candoris. Verum quo intuitu non tantum plauditur nix, sed nivis thesaurus? Quia eius conceptionis miraculum prorsum ignotum hominibus. Ignotus sanè hominibus candor nivis, in cuiuslibet articulo conceptionis. In Virgine videndum, quod nunquam visum: diciturque nivis thesaurus, in primo instanti quo formatus conceptus; equidem ubi aliorum prominebat horror, mirè fultit gratiæ candor. Aptius dicam. Alitè candor rebus advenit, nivi inhaeret; ita ut non esset esse nivis, sine accidente candoris. En conceptionis Virginis singularitas, atque singularis puritas: equidem cum candor hominum proveniat à gratia, expellente contractam labem ex origine à natura; thesaurus incognitus gratiarum ostenditur, dum Virgo adinstar nivis concipitur: igitur ut gratia conceptum præ se ferret singularem, habuit Virgo quasi nix ab origine candorem.

7 Signat Propheta, quid in hęcine conceptione incognitum & quid visum. Petite à Domino pluviam & Dominus faciet nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Zach. 10. 1. nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

desideranti. Nil mirum; dum pro hacine felicitate ac gloria certabant sacula. At quid certamen hominum, pro quo etiam contendebat cælum? Surge propera amica mea, & veni. Tanquam presentiloquebatur mihi (subdit Rupert. lib. 2. in Cant. cap. 2.) meque iubebat surgere & properare. Modò considerandum, quare Propheta, qui ut pluviam à Domino Virginem petere iubet; illam ut nivem promittit? Nix non petitur, sed pluvia: cur igitur Virgo datur non ut pluvia, sed ut nix? Erat in huiusmodi nature miraculo (quo Matris Dei præsignabatur conceptio) quid notum, & quid occultum. Notum, quod à radice descenderet Adami; occultum, quod esset procul à radice conditione, qua nemo mundus è sorde originis, utpote cuncti huius arboris propagines. Lucet, candet nix, & ex quo est: & ut in mundum descendit Virgo-Mater, ostenditur uti nix; quippequam parvi momenti, quòd fulgeret puritate, nisi haberet ab origine. Expectabatur gloria generis humani in mundo, ut eius visione è tantis malis sublevaretur homo. Signum in pluvia petitur, & nix datur; ut signum signato aptetur: equidem cum Virginis spectabilis singulariter gloria sit esse primum in gratia; nivem, ut conceptionis in gratia protulit indicem; quippe sola fulgens habet ab origine candorem.

8 Septuaginta Interpret. legunt pro Nives (ut vidimus Tautolog. 1. Didasc. 3. num. 19.) Dominus faciet phantasias: Q. d. quid incredibile, vel fictum; quippe extra hominum captum. Occurrit miraculum Virginis celebre in toto orbe, dum ad designandum templum collem Esquilinum operuit nive, maximè Nonis Augusti, quo tempore Romæ & soles urgent, & æstu vel saxa fervent. Videfis Baronium in Notis ad Martyrolog. Rom. Pro singularitate miraculi index latet in Versione. Phantasticum dicitur, cuius præ difficultate fugit fides, etsi pateat oculis, ad similitudinem phantasiae fictricis, utrum species sine rebus obijcientis: & ubi pro Virginis designando sacratio, æstu Solis ferventissimo, nives descendunt è cælo, ipsæ coram oculis nives, uti phantasia designantur species; quoniam miraculum ita ardentis climate novum, ut quod videtur, videatur uti phantasticum. Phantasia sæpe conciliat, quod rerum ordini conditione repugnat. Non novum ostentum ex nive, sed ex tempore: phantasticumque dicitur, dum cadit è cælo nix, & simul fervore percenit Sol; ut clareat Virgo mirabilis, obsequia gratijs sibi facta rependens:

Cant. 2.

Rupert.

Cur Virgo in conceptione uti nix?

Septuag.

Festum Virginis ad Nives.

Mirabile.

quandoquidem munerat obsequium usque ad miraculum. Nemo cogitare quibat pluviam nivis, flammis dominatibus Canis: & dum nives Nonis Augusti in urbe videntur, phantasia cogitationes exponitur; ut constet quàm magnum Virginis donum, ex concepta impossibilitate gratiarum: igitur concessum sanè videtur à Virgine, quòd nemo quibat tanto in æstu cogitare. Videtur utique, qui occultus, thesauri nivis, regione flagrante calore Solis. Nix patet, dum urget glaciale tempus: in æstu, nivis etiam apparet thesaurus: Deusque hominibus ostendit thesauros nivis, ut erigatur sanctuarium honori Virginis-Matris; quoniam collis speciosè candet nive, in ipso Solis ardentissimo fervore. Retorquetur Martialis lib. 4. Epigr. 2. & lib. 14. 28.

Toto nix cecidit repente cælo. Accipe que nimis vincant umbracula Soles. Sicut frigus nivis in die mæsis, ita legatus fidelis. Aliqui, ex quibus Salazar hic num. 65. pro Legatus, legunt Legatio fidelis. Legatio vox æquivoeca est: signat enim & munus, & officium: functionem scilicet legati, vel donum à testatore. Hispanicè: Embaxada, legacia, d mandata. Quid frigus nivis in die mæsis (inquit hic Alapide) cum in æstate & messe nulla sit nix; nisi Deus faciat miraculum, quale fecit Beata Virgo Roma sub Liberio Pontifice, cum et locum Basilica S. Mariæ Maioris in Esquilij edificanda, nive de cælo missa die quinta Augusti, cum in Urbe summi sunt calores, designavit & delineavit? Ecce Virginis gratia: igitur eius imperio videtur nix, ubi nulla. Quicquid Virginis imperio, etiam à cælo annunciat: signatque libenter pretium, ostendens terris miraculum. Amplius & perfectius Virgo Maria, ut explicet grata dona. Ningit Romæ, radijs Sole flammante. Non est aliud in acceptionem signum? Est utique, sed hocce magis proprium: quandoquidem cum non tam nix, quàm nivis ostendit thesauri, ardentissimo Caniculæ Sole; frigus apparet in colle Esquilino nivis, etiam in tempore mæsis. Appositius, Nix responder legationi fidelis. Non tantum nix, sed in tempore mæsis summo calore. Hæredem bonorum Ioannes eiusque uxor Mariam constitutere conantur. Concipitur voto, acceptat Virgo. En fidelium constituta legatio. Nil mirum si nix & in tempore mæsis collem operiret Esquilinum, ubi legatum videbatur fidelium. Virgo que extendit missis tempore nivem, legati fidelium ostendit acceptionem.

10 Pro lectione Septuag. Interpr. audien-

Quare?

Ubi supr.

Martial.

Prov. 25. 13

Quintus mirabilem

Alapide.

Quare nive factum?

Salazar.

Præ magnitudine, quod verum, videtur fides.

Martial.

Novæ nivis æstiva.

Sap. 16. 22.

Ardet Sol, & viget nix.

Verf. 16.

Ascendit Salazar, hic num. 62. Non quia eo tempore tale quid evenire soleat, sed quia fingitur incidere. Q. d. Finge tibi in maximo æstatis fervore, nivem è cælo subitò demitti, quandiu nihil tale speratur. Miraculum patrandum à Virgine, nive cooperta tellure, dum Sol ignivomus ei acubatur scintillas: & ubi videntur in tempore mæsis nives, finat Propheta phantasias; quippequam ita insigne miraculum, ut quod oculis patet, iudicetur uti fictum. Si nix extenderetur per totam terram, vel illo in tempore; ex varia aëris videretur contigisse mutatione. Esset nix, haudquaquæ nix thesaurus, quia iuxta tempus. Thesaurus est, ubi nihil tale speratur; imò accidentibus antiphatice contrarijs impressioibus opponitur: diciturque miraculum factum, quasi phantasticum, fictum, dum fulget nix ultra tempus & spem; ut clareat nive excellentia miraculi: igitur non tantum miraculum, sed insigne; quòd dum cætera ardebant Solibus tempore mæsis, Esquilinum per legatum fulgeret candore nivis.

Æstivas funde nives. Inquit Martialis lib. 5. Epigr. 65. Non nives in æstu refrigerium: nostrum sanè declaratur propositum speciositate miraculi: in æstu nivibus cooperto colle; igitur si magnum, nives quasi signum acceptionis; magis miraculum claritate, si funduntur in terram nives æstiva. Novum profecò ac mirabile apparet, quòd nix calore rigeret.

II Nix autem & glacies sustinebant vim ignis & non tabescebant: dicit Sapiens, signans Dei mirabilia, erga populum in Ægypto patrata. Ingeminatur miraculum Romæ Virginis imperio, candente æstivis nivibus Esquilino. Sol fervet, nix cadit. Nec liquefcit nix, nec languet in flammis Sol. Minime pugnaces tabescunt; qui semper sibi mutuo contradicunt; ut constet ex urbe populis Virgo-Mater quàm mirabilis: equidem si mirabilia magna videre cupiunt in ampliore Virginis venerationem; nivem demonstrat & ignem, quasi phantasia defingente mirabilia: igitur nulla, vel fictrice phantasia, mirabiliora, quàm permanere integerimè nivem, ac radiorum vehementià exardescere Solem, ut videntes miraculum, venerentur, quod non visum: quandoquidem non videntur opposita, que conditione contraria. Iccirco præmiserat: Novis aquis. Alij, Novis nivibus. Maluend. Inustatis. Lorin. Peregrinis mirabilibus: igitur omnino novum, frigus permanere & æstum Solis, frigus nivis. Mirabile prorsum, quòd fomes sit in pugna, habens

qualitates & accidentia contraria: iureque dicuntur nives novæ, inuitate, extranea, atque peregrine, operientes Esquilinum: quandoquidem summe novum; quòd nix vehementioris vim sustinens Solis ignis, non tabesceret inanis, candens in tempore mæsis. Virgo segregavit pluviam voluntariam hereditati sue, ut coruscaret magnitudine signi, & illius gratiarum cunctis parent thesauri. Pluvia nivis congruo tempore necessaria est. Voluntaria, quandiu Sol icit, & cadit nix: pluviaque Virginis dicitur voluntaria; quippe nix cadit, dum Sol geminat incendia. Sol in Leone, nix à Virgine. Liqueat à Virginis voluntate, thesauri nivis pretiosus: equidem in colle nivis ingentis apparet cumulus, dum Sol in Leone maiores excitat æstus. Segregavit pluviam voluntariam, in hereditate accepta, demonstrans nivis aggregatam copiam. Non infirmata est, ubi è cælo demissa nix: imò hereditatem & miraculum perfectit, quando nivem in signum demonstravit: equidem summa in prodigia perfectionis confortium Solis & nivis. Vide Tautol. 10. n. 14.

12 Ut gloria specimen, priusquam abiret ab eis, ostenderet Aflertor N. dicipulis, terram in cælum transfiguratione convertit, dum se gloriosum exhibuit. Resplenduit facies eius sicut Sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Succinit Sedulius lib. 3. Carm. 8. 227.

— Velut igneus ardor Solis in atbercam versus splendore figuram, Vicerat ore aëtem, vestemque iuventibus ipsam, Canada forma nivis Domini de tegmine fulsit.

Petrus gloria inebriatus, ac admiratione plenus, exprimens amoris studium, cordis obsequiù, loci & visionis complacentia, tria cogitavit erigere tabernacula. Tempus legit Beda hic. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos; & ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacuit. Non displicuit de templo cogitatio, nisi quia Moyses & Elias aquabat Christo: ut ait Alap. hic. Iccirco competitur celesti voce, quippe templum debeatur venerationi Christi. Cur ergo tunc Salvatori duntaxat sanctuarium erigendum? Quia tantum in illo insigne rutilabat miraculù. Moyses & Elias visi sunt in maiestate, verum Salvator in maiestatis cacumine. Facies eius resplenduit tunc sicut Sol, vestimenta sicut nix. Sol & nix mutuo opponuntur, illotunc confociantur: & videns Petrus inuitatum, peregrinum miraculum,

Cur nivis mirabilis?

Pfal. 67. 10.

Cur pluvia voluntaria?

Et thesauri nivis?

Matth. 27. 2.

Sedul.

Bed.

Verf. 51

Alapide.

Novum factum nix & Sol.

invitatur a voce Salvatori tantum erigere templum; ut memoria fervaretur miraculi, ex nive subsistente, flammanti proximo Sole: igitur in tanta maiestate nihil plus, quam simul & nix & Sol. Hispanice vivide: *La nieve con tanto Sol.* Gloria Christi in Thabore exponitur, atque specimen gloriae in Sole & nive videtur: quandoquidem insignis undecumque videtur gloria, ubi fulgent opposita non contraria. Nix liquefeit illico flammis, sicut cera a facie ignis. Miraculum in Thabore exhibendum, & miraculum novum: candetque permanens nix, & simul coruscet sagittis flammarum Sol; ut templum illi dedicaretur, qui simul nive in fervore Solis speciosè colebatur: igitur cunctis mirabile, nivem coram Sole subsistere, atque flammis non tabescere.

13. Perpicue in Urbe videtur, quod Petrus in Thabore miratur. *Quod tamen borret hyems aestivo tempore nungens.*

Benavid.

Limet ut Templum Diva Maria tuum; Et cultu & precibus ditissima fulgeat aedes, Has puto thesauros Numinis esse nives. Accinit Benavidius *Hor. succisivo. lib. 2. Epigram. 12.* Unde ergo Virgini templum? Dicit miraculum. Quae peregrina & inusitata, debent fervari memoria, & memoria aeterna: templumque Virgini-Matri dicatur, dum Sole fervente nive collis operitur; ut Virginis permaneat memoria, imò praesentia: igitur magis studebit gratijs, quae propter gratias, ita procumbit prodigijs. Corpus Christi erat terra animata ex Maria, sicut alia hominum corpora. Complacuit in illo omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter, instar Solis: unitque in transfiguratione Solem & nivem, uti gloria divinitatis specimen; quoniam ibi habitabat substantia divini Solis, cuius corpus, etiam terrenum, fulgebat candore nivis. Signa signa sequuntur, & gratiae gratias; ut clareat ex urbe orbi Virginis-Matris maiestas. Ex eius optabili praesentia tota hominibus indigentibus gratia. Per singulare miraculum, singulare eiusdem designatur patrocinium: & maximis flammis Solis, nive collis operitur; ut Virginis singularis praesentia prodigio comprobaretur. Modò claret intelligentia specialis Verionis Maluenda. *Sicut frigus nivis in die mesit.* Ita ergo legit: *Sicut scutum, sicut dypeus nivis in die mesit.* Si in tempore melsis è celo spuma demittitur nivis, nix erit scutum? Quo modo? Virgo dicit in articulo. Eius miracula, singularia praedicant patrocinia: quibus dicitur scutum, quando claret ita

Mysterium transfigurationis.

Ex nivis terra praesentia Virginis gratia.

Ubi sup.

Maluend.

singulare miraculum; quippequam ex nivis activa nota, eius in protectionem cognoscebatur praesentia.

O deus Italia Virgo, quas dicere grates Quasove referre parem?

Per nivis sancti miraculum, offertur confugientibus scutum: igitur si daemon adinstar leonis; Virgo percussit leonem in diebus nivis.

14. Ergo in nostrum propositum, & Zachariae testimonium praetatum. *Dominus faciet nives: Dominus faciet phantasias.* Alij, *lubricationes, lumina, splendores.* Vide Sanctum. Pro adventu Virginis dirigitur in aethera preces, & tunc designantur nives, & lumina & splendores? Utrique, in admirationem deprecantium, magnitudine charismatum. Cogitabant homines pignus divinitatis, illustraturum naturam; sed Virgo futura plusquam cogitabant. Cogitabant, quia ab Adami radice, conditionis radicis Adami; at cum Virgo immunis luis, vel à primo momento conceptionis; hominibus Deus pro signo ostendit lucem & nivem: igitur extra & ultra hominum cogitationem; quòd canderet ex primo instanti ex natura maculata quasi nix, & fulgeret inextremas conditionis tanquam lux. *Quae est ista, quae progreditur?* dicunt Angeli. Quid dicent homines? Virga sanctae & sola recta ex curvitate originis: igitur novum, cum ceteros insiceret macula, quòd progredereetur illibata sola ista. Alibi dicunt: *De deserto.* Alibi, *Per desertum.* Desertum dicitur caelum, uti vidimus *Tom. 1. Tautolog. 1. Didasc. 1. num. 3.* Virgo dum concipitur, de caelo nullo modo progreditur: qua ergo lege signatur in caelo origo, dum designatur conceptio? In caelo facta constitutio Angelorum: & dum Virgo concipitur, terra designatur uti caelum; quoniam visum in eius conceptione, quicquid perfectum in formatione Angeli. *Creavit* (ait Augustinus, 12. de *Civit. Dei*, cap. 9.) *simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam.* Sine gratia nec momentum in conditione Angelorum: conceptioque Virginis confertur Angelorum existentiae; quia gratiam habuit vel in primo instanti. De deserto per desertum Virgo graditur, dum luce in lucem progreditur. Desertum tam caelum, quam mundus, caelum, quia nullus hominum habitabat: mundus, quia nemo sine macula erat: & in mundo apparet Virginis forma, quasi in mundo non formata, quippequam vidit mundus in conceptione Virginis, quòd tantum arbitrabatur Angelis factum, in caelis. Sine corpore sunt Angeli.

Virgil.

2. Reg. 23. 20.

Zachar. 10. 1.

Virgo in Conceptione nix & Sol.

Cant. 6. 5.

Cap. 8. 5. & 2. 6.

Augustin.

Cur de caelo dicitur?

Vir.

Virgo constat corpore, proveniente ab Adami radice; quae totam massam corripit, ex quo serpenti confensit. Sola Virgo immunis ab huiusmodi labe, quanvis ab Adami stirpe: caelumque iure notatur, dum gratia plena in esse Adami progreditur: igitur apparuit in mundo Virgo, quasi eius corpus formatum esset in caelo.

Ambros.

Septuag.

15. Attipulatur Ambrosius. *Quae est ista quae progreditur? Quae est ista* (ait lib. 7. de *Isaie*, cap. 7.) *sicut admiratio ordinata?* Etiam Septuag. *Stupor* iure: equidem qui intendit in relicitudinem, fovebit admirationem. Non concipitur Virgo humana uti humanae radicis: concipitur admirabilis. Admiratio oritur ex novitate. Novum sane alia conditio in ipsamer conditione. Lex ex fracta lege hominibus (quippe deliquit Adamus) contrahere comitem generis macula, contrahentibus naturam: & dum esse ab Adamo accipit Virgo, planditur ut admiratio; quippe novum in hominis esse, esse hominis in natura, sed sine naturae macula. Causalitas à causa est: haec uti principium insluit in materiam corporis, entitate substantiae & qualitate accidentis. Mirum profecto, quòd novum: conceptioque Virginis exponitur uti mirum, parta ab Adamo natura, & simul comite gratia; quippe sola à causa obtinuit, ut principio, conditionem, & simul exilit pura extra principij criminis causalitatem. Hebr. legit: *Quae est ista, quae progreditur versatilis ut rotunditas id est, uti claritas speculi rotundi.* Vide Chartagen. de *Conceptione*, Homil. 11. Cur ergo, dum sine macula, non confertur plano speculo, sed speculo rotundo? Imagines eversa in speculis concavis videntur: de quo consule *Portam de Magia* lib. 17. cap. 4. Filij sunt parentum specula, quibus obicitur forma. In conceptione igitur Virginis, speculi concavi designantur proprietates. Meritò quidem, propter conceptam candorem: equidem si imaginem eversam concavum representat speculum; patet oculis uti admiratione dignum, Virginem in eodem eiusdem naturae speculo obijci in gratia, cum reliqua Adami imagines eversa iaceant in culpa. Stupor est in ipsa natura infecta speculum sine macula: imò perfecta naturae imago ex radice Adami, sine macula natura.

Et admirabilis plauditur?

Hebr.

Quare speculum rotundum?

Apoc. 21. 28.

16. De Ierusalem caelesti (quinimò de Virgine-Matre in terram de caelo descendente, quae Civitas Dei mirifica, de qua dicta sunt gloriosa) astruit Ioannes: *Ipsa civitas aurum mundum simile vitro mundo.* In auro claret soliditatis pretiositas, in vitro

summa fragilitas: quodnam ergo cogitabitur vinculum inter fragile vitrum & solidissimum aurum? Summum, in expressionem conceptionis Virginis. Vitrum signat fragilitatem naturae, aurum vetò pretiositatem gratiae: vitrumque & aurum designantur ut materia, dum concipitur Maria; quippe accepit naturam similem fragilitati, sine ulla prorsus fragilitate naturae. In essentiae humanae participatione caro videtur, quae adinstar vitri fragilitate notatur; quippe idem est naturam accipere, ac illico frangi, per contractionem peccati originis, infecta portione carnis: videtur vitrum, non aurum, quoniam sine gratia polluta humana natura: in conceptione Mariae videtur vitrum & aurum, & simul utramque mundum; ut claret gloriofa, quae sola pulchra: quandoquidem ex primo instanti in ipso vitro natura, astitit aurum pretiosissime gratiae. Haec est imago & in speculo concavo, quo Virginis & reliquorum hominum distinctus situs imaginum: equidem si aurum naturae cum gratia iustificante in primo homine convertitur in fragilitatem vitri; in Virginis conceptione portentum, quòd vitrum naturae converteretur in aurum: igitur cum imago futura non similis alijs, quae omnino in natura similis; aurum gratiae apparuit in vitro fragili, verum remotà fragilitate vitri. Omnes Adami imagines confortes sunt fragilitatis in esse. Virgo accepit etiam, imago parentis, esse, sine esse fragilitate. Aliae imagines sunt specula & fracta & fragilia: in speculo concavo formae transmutatur forma: ceterum claret excellentia Virginis, vel ex primo momento conceptionis; equidem summum mysterij momentum; quòd in esse fragilis natura, dono gratiae rutilaret tanquam aurum, dum aliae imagines lapsae confringuntur tanquam vitrum.

Quomodo vitrea & aurea?

17. Obumbrantur fabulae Ethnicorum. Per ponum feminam fuisse delusam, & pomum scriptum (quod Paulus vocat *chirographum* nobis contrarium, ad *Coloss.* c. 2.) historiam involucris obcurantes fictio-num, Antiqui aptè comminiscerantur. Unde illa sentiens fraudem, perterrita labore, queritur apud Ovidium *Epist.* 20. v. 105. *Improbe quid gaudes? aut qua tibi gloria parta est?*

Ovid.

Quidave vir elusa virgine laudis habet? Non satis visum indicare toxicum, nisi indicare remedium: ideoque ab illis fictum, eximiam pulchritudinem, caelestem nimirum Venerem, abstulisse gratiae dedecus, quod in mundum induxerat pomi dolus.

lus. Stabat Dea in curru nuda, dextra mundi figuram, sinistra mala aurea tria ferebat: post etiam erant nuda Gratia, nexis manibus poma gestantes: inquit Chartarius de Imagin. Deor. fol. 343. additque fol. 359.

Imago Pulchritudinis & Gratiarum.

Chartar.

Taceat ergo superata vetustas, dum Virginis-Matris mundo apparet speciositas. Mundus poma languit, quem per virginem serpens subvertit.

Claudian.

Communes vult esse notas, & venditus ipse Vendere cuncta cupit.

Ubi pomum, ibi culpa: Virgoque obijcitur cum pomo & simul cum gratia; quoniam adversus perniciem pomi, concipiebatur Virgo pariens de semine caeli. Mundum portat, & pomum signat: Gratia verò non comites mundi & pomi: cum sequerentur illam, pulchritudinis eius exprimentes excellentiam: equidem singularis, in vastatione orbis causâ pestiferi pomi; cum illam solam in mundo comitarentur & Gratia.

Triumphus Virginis de crimine generis.

Currus itaque significat triumphum, ex illo qui in perniciem proiecit pomum. Nullus illud usque in curru, quousque Maris manifesta conceptio: equidem labentibus cunctis expulsa gratia à natura; sola

triumphat in mundo comite gratiâ. Nuda stat veitita carne, ex illo qui crimine apparuit nudus; unde maior Virginis-Matris ornatus: igitur magnum, quod induta carne, & simul nuda à carnis nudâ passione. Pomum secum habet in cultum, sed pomû aureum, dum mandus, quem portat, cecidit, quippe ex pomo lethifero in Adamo gustavit. Si pomum non connotaret Virgo, nõ demonstraret originem ab Adamo, nec eius imago esset, qui pomo in horto peccavit. Patris effugies in natura formanda Virgo; ceterum mirabiliter uti in speculo concauo, quo obiecta ipsamet natura, sed versa naturæ forma: pomumque pravariationis notatur, dum Virgo in natura constituitur; quippe non ita mirabilis varijs multiplicibus donis, ni clareret in conceptionis momento plena gratiarum, ex ipsa infecta natura, quam præcorrupterat pomum. Expressit pulchritudinem, ubi ex natura extra naturæ ordinem.

Ex natura extra naturæ ordinem.

torqueamus Ethnicum ad Pison. v. 159. Felix illa dies, totumque canenda per ævum, Qui tibi vitales cum primum traderes aurâs, Contulit innumeras intra tua pectora doter.

Ovid.



TAU.

TAUTOLOGIA NONA.

FUGIEMUS, ET TERGA VERTEMUS.

Iosue. 8. vers. 5.

EXPOSITIO LITERÆ.



ELICITATEM ex custodita lege, & infelicitatem ex abdicatione proclamaverat Moyes, ut palam viderent Deum cultum illis impensius favere: igitur viribus proprijs nequibant tot, tantaque adoriri, & obtinere: sic eunt eontra Deum illos relinquere, quum multitudo Israelitica paucis idololatriis fracta, ac in fugam videretur turpiter versa. Promiserat Levit. 26. à vers. 5. Comeditis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris, gladius

non transibit terminos vestros: persequemini inimicos vestros, & corrumpet coram vobis. Persequuntur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Verum si deliquissent, non servantes pactum, opposita minatur vers. 17. Ponam faciem meam contra vos, & corrumpet coram hostibus vestris, & subjicemini his, qui oderunt vos: fugietis, nemine persequente. Optat Moyes in dignatis & dedignatis intelligentiam, dum in Cantico profert: Utinam saperent, & intelligerent, quomodo persequatur unus mille, & duo fugent decem millia. Cuncta experti tam in captivitate Babylonica, quam clade Romana. Hanc non voco captivitatem, quoniam ita flocci habiti sunt, ut dedignarentur Gentiles habere pro servis, vel mediastinis, sicut prædixerat Dominus. Ibi venderis inimicis tuis in servos, & ancillas, & non erit qui emat. Narrat etiam Ioseph. in Antiq. & de Bell. fusè.

Levit.

Deut. 323

29.

Cap. 28. 68.

2 Fugere hostes in bello, nota infamia est; sicut gloria, fugare. Insigne præ se fertur timiditatis. Quapropter olim sagillatus Serapion pancratiasta, de quo Nat. Comes, 5. Mytholog. cap. 1. inquit: Condemnatus fuit timiditatis, pridie quam Pancratiium committeretur, quia metu adversariorum solum verterit: id est fugerit. Quod uni ex omnibus undecis athletis per omnem hominum memoriam accidisse memorant. Solum accipiendum pro talo, & solum vertere, pro fugere concite. Hisp. Limpia la soleta. Plaut. in Curcul. Act. 2. scen. 3. v. 18. Factores omnes subdam solum. hoc est, sub pedibus. Taubm. hic: Sub solea calcamentorum. Quid iterat in Bacchid. 2. 3. v. 98. & in Trinum. 4. 3. v. 16. Cic. 5. Tuscul. 99. in fit: Calcamenta solorum. Marc. Varr. lib. 2. de Ling. Lat. cap. 9. Solum pedis fermentatum, & lib. 4. cap. 4. Que solo teri possunt: id est, pede, uti observant Scaliger. in Coniect. & Turneb. Advers. lib. 28. cap. 18. Canunt etiam Poetæ: Lucretius lib. 4. vers. 2. & Martial. lib. 9. Epigram. 75.

Quid fit, Vertere solum

Natal. Com.

Plaut.

Solum pro pedis talo.

Lucret.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.

Martial.

Et mordere luto putre, ventusque solum.

Aliquando Vertere solum, est loco cedere. Cicero pro Cæcilio inquit: Qui volunt pænam aliquam subterfugere, aut calamitatem, solum vertunt. Et Tit. Liv. lib. 3. Decad. 1. Collega eorum exilij gratia solum verterunt.

Cicet.

Tit. Liv.

3 Omnes igitur qui fugiunt, vertunt solum, & locum mutant. Unde miles claudius irritus respondit bambalioni ridenti: Non nomen do militia, ut fugiam. Vide Plutarch. & Erafm. in Apophthegm. Fugere larè sumitur. Quapropter iuxta argumentum intelligitur acceptio, ita quod aliquando nihil significet, præter id cui iungitur. Sic in Bibl. Nolo: uti vidimus Tautol. præced. n. 6. Nolite timere. Id est, ne timeatis. Accipitur verbum pro Ne, particulâ negativâ. Frequenter fit in verbis Recordor & oblitiscor: vide dicta

Nolo pi ede:

Tau.